



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CXXXVII. Ioannis Papae VIII. Ad Hvgonem, Theodericvm, Et
Bernardvm Comites. Vt amicitiae caritatisque foedus cum Bosone ictum
seruent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

EPISTOLA CXXXVII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD HUGONEM, THEODERICVM,

ET BERNARDVM COMITES.

Vt amicitia caritatisque foedus cum Bosone
ictum seruent.

Hugoni, Theoderico, & Bernardo, illustrissimis regni Francorum.

FRETUS vestra ingenuissima nobilitate, atque obedientia, quam propter Deum nobis condigne debetis, dilectissimum filium nostrum Bosonem, vestrum vnanimem fratrem & amicissimum, vt insolubile vinculum caritatis, foedusque amicitia, quod coram Deo vicissim colligastis, moneo, hortor, nulla hominum male loquentium lingua, nullo cuiuslibet fraudis ingenio, vel in modico quomodo possit auelli: sed Domino auxiliante dilecti filii nostri Hludouici regis animum erga eum immobilem & tranquillum semper seruetis, & omnia sua salua atque pacifica conseruate. quoniam pro his ab omnipotente Deo, & beato Petro apostolo, futura vitæ mercedem, & a nobis & ab illo fidelissimas amicitiarum recipietis sine dubio retributiones. Data vt supra.

EPISTOLA CXXXVIII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD VVLGARIVM MONACHVM.

Vt Vviperto episcopo obediat, qui eum per dimissoriam
acquisiuit.

Vulgario monacho.

DENIQUE Trecis positi per nosmetipsos cognouimus, qualiter Vvipertus episcopus, deuotus filius noster, te a proprio episcopo, atque abbate, per dimissoriam acquisiuit, tua potius interueniente petitione. Quapropter conuenit tibi ex die illo, & deinceps, tamquam proprio obedire, eumque vt proprium pastorem sequi non prætermittas. quia, quod non optamus, si aliter feceris, vin-